τοῖς γνωρίμοις συγκτήσασθαι παρὰ τὸν νόμον· ἡ γὰρ πολιτεία ὀλιγαρχικωτέρα ἦν, ὥστε ἐδύναντο πλεονεκτεῖν· ὁ δὲ δῆμος γυμνασθεὶς ἐν τῷ πολέμῳ τῶν φρουρῶν ἐγένετο κρείττων, ἕως ἀφεῖσαν τῆς χώρας, ὅσοι πλείω ἦσαν ἔχοντες. ἔτι διὰ τὸ πάσας τὰς ἀριστοκρατικὰς πολιτείας ὀλιγαρχικὰς εἶναι, μᾶλλον πλεονεκτοῦσιν οἱ γνώριμοι· οἷον καὶ ἐν Λακεδαίμονι εἰς ὀλίγους αἱ οὐσίαι ἔρχονται· καὶ ἔξεστι ποιεῖν ὅ τι ἂν θέλωσι τοῖς γνωρίμοις μᾶλλον· καὶ κηδεύειν ὅτῳ θέλωσι. διὸ καὶ ἡ Λοκρῶν πόλις ἀπώλετο ἐκ τῆς πρὸς Διονύσιον κηδείας· ὃ ἐν δημοκρατίᾳ οὐκ ἂν ἐγένετο, οὐδ᾽ ἂν ἐν ἀριστοκρατίᾳ εὖ μεμιγμένῃ. μάλιστα δὲ λανθάνουσιν αἱ ἀριστοκρατίαι μεταβάλλουσαι, τῷ λύεσθαι κατὰ μικρόν· ὅπερ εἴρηται ἐν τοῖς πρότερον καθόλου κατὰ πασῶν τῶν πολιτειῶν, ὅτι αἴτιον τῶν μεταβολῶν καὶ τὸ μικρόν ἐστιν. ὅταν γάρ τι προῶνται τῶν πρὸς τὴν πολιτείαν, μετὰ τοῦτο καὶ ἄλλο, μικρῷ μεῖζον, εὐχερέστερον κινοῦσιν, ἕως ἂν πάντα κινήσωσι τὸν κόσμον. συνέβη δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς Θουρίων πολιτείας. νόμου γὰρ ὄντος, διὰ πέντε ἐτῶν στρατηγεῖν, γενόμενοί τινες πολεμικοὶ τῶν νεωτέρων, καὶ παρὰ τῷ πλήθει τῶν φρουρῶν εὐδοκιμοῦντες, καταφρονήσαντες τῶν ἐν τοῖς πράγμασι, καὶ νομίζοντες ῥᾳδίως κατασχήσειν, τοῦτον τὸν νόμον λύειν ἐπεχείρησαν πρῶτον, ὥστε ἐξεῖναι τοὺς αὐτοὺς συνεχῶς στρατηγεῖν, ὁρῶντες τὸν δῆμον αὐτοὺς χειροτονήσοντα προθύμως. οἱ δὲ ἐπὶ τούτῳ τεταγμένοι τῶν ἀρχόντων, οἱ καλούμενοι σύμβουλοι, ὁρμήσαντες τὸ πρῶτον ἐναντιοῦσθαι, συνεπείσθησαν, ὑπολαμβάνοντες τοῦτον κινήσαντας τὸν νόμον, ἐάσειν τὴν ἄλλην πολιτείαν· ὕστερον δὲ βουλόμενοι κωλύειν ἄλλων κινουμένων, οὐκέτι πλέον ἐποίουν οὐθὲν, ἀλλὰ μετέβαλεν ἡ τάξις πᾶσα τῆς πολιτείας εἰς δυναστείαν τῶν ἐπιχειρησάντων νεωτερίζειν. πᾶσαι δ᾽ αἱ πολιτεῖαι λύονται, ὁτὲ μὲν ἐξ αὑτῶν, ὁτὲ δ᾽ ἔξωθεν· ὅταν ἐναντία πολιτεία ᾖ, ἢ πλησίον· ἢ πόρρω μὲν, ἔχουσα δὲ δύναμιν. ὅπερ συνέβαινεν ἐπ᾽ Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων. οἱ μὲν γὰρ Ἀθηναῖοι, πανταχοῦ τὰς ὀλιγαρχίας· οἱ δὲ Λάκωνες, τοὺς δήμους κατέλυον. ὅθεν μὲν οὖν αἱ μεταβολαὶ γίνονται τῶν πολιτειῶν καὶ αἱ στάσεις, εἴρηται σχεδόν.

A totos poſſidebat nobilitas contra legem (nam gubernatio eius ciuitatis erat ipſorum) itaque plus habere poterant. At populus bello exercitatus, ac potentior effectus quàm illorum cuſtodes, nobilitatem compulit agros, qui contra legem tenebantur, dimittere. Inſuper quia omnes optimatum ſpecies ad paucorum potẽtiam declinant, nobilitas in illis plus habet: velut apud Lacedæmonios, opes & diuitiæ B in paucis ſunt, ac magnam licentiam habet nobilitas faciẽdi quodlibet & cui velit gratificandi: quæ cauſa fuit, vt Locrorum ciuitas, interiret, propter Dionyſij clientelas, quod non contigiſſet in populari ſtatu, neque in ea optimatum gubernatione, quę optimè miſta temperata fuiſſet. Maximè verò latent optimatum gubernationes, paulatim ſeſe diſſoluentes, quod quidem dictum eſt prius vniuerſaliter de omnibus rebuſpublicis, idque inter C cauſas mutationis minuta paruitas appellatur. quando enim omittunt aliquid ex his quæ ad rempublicam pertinent, ac deinde aliud paulo maius, facilius mouent, quouſque totam moueant reipublicæ formam. Quod in Thuriorum accidit republica. cùm enim legem haberent, per quam nõ niſi intermiſſo quinquẽnio præturam gerere licebat iuniores quidam rei militaris periti, & apud multitudinem fa- D mam habentes, cùm cæteros, qui in rebus gerendis verſabantur, ſpernerent ac faciliter ſe conſecutores arbitrarentur, legem totam illam tollere aggreſſi ſunt lata altera lege, vt liceret continuè eoſdem prætores eſſe. At enim magiſtratus qui præerant ſuffragiis, appellabantur verò conſultores, commoti prius ad reſiſtendum, tamen poſtea deſtiterunt, putantes, quamuis hac vna lege ſoluta, tamen cæteras eſſe E permanſuras, poſtea verò prohibere volentes, ne aliæ mouerentur, nihil proficere valuerunt, ſed mutata eſt eorum reſpublica in potentiam eorum, qui nouas res aggrediebantur. Diſſoluuntur verò cunctę reſpublicę interdum per ſeipſas, interdum per externam cauſam, quando contraria gubernatio ſit, vel propè vel longè quidem, ſed admodum potens, quod quidem contigit Athenienſibus & Lacedæ- F moniis. Athenienſes enim vbique potentiam paucorum: Lacedæmonij verò vbique popularem ſtatum euerterunt. Vnde igitur rerumpublicarum mutationes, ſeditionéſque exoriantur, ferè dictum eſt.